

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria  
inanitatum nostratum speculum**

**Andreä, Johann Valentin**

**Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618**

43. Religionis Veritas

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

minime iniurium sit iis, qui non vulgi calculo,  
sed seria & felici simulatione majores suos asse-  
quuntur. A. Male mihi est, qui eruditos nomi-  
ne, pro vere eruditis hactenus habui, & venera-  
tus sum, credidique sine linguarum, historiarum,  
& Matheseos peritia literatum esse posse.  
B. At id soletur solide eruditos, vel mortuos et-  
iamnum vivere, hos viventes haberet posse pro  
mortuis.

43. R E L I G I O N I S . V E-  
R I T A S.

A. Inter alia quæ mirari soleo, id frequentissi-  
me occurrit, paucissimos admodum esse  
qui de veritate Christianæ Religionis sint solici-  
ti. B. Ehone tu dubitas? A. Id magnus prohibe-  
at Deus, cui gratias ineffabiles ago, quod  
Christianum me nasci & educari voluit. B. Quid  
ergo opus est, in re certa, & exoptata scrupulose  
solicitum esse? A. Primum ut Christianismi my-  
sterium per vniuersam naturam diffusum, & in-  
cundissima harmonia præfulgidum amplius ad-  
mirari, dein qui extra Ecclesiam sunt, errorum  
& tenebrarum admonere liceat. B. Non tibi sa-  
cra scripturæ volumen sufficit? A. Mihi sane:  
at si cum Mahometano, Americano, Chinense  
res sit, non itidem. B. Ridiculum hominem!

ut habeas quod labores, singis tibi Barbaros convertendos, quos ne intueri tibi unquam continget. A. Temerarium hominem, qui securissime omnes religiones, nisi in qua natus es, condemnas, de tua fortè non aliter, nisi natali, & municipio certus. B. Saperes si Divini verbi consensum addidisses. A. Scilicet, ut ego te cognosco, dictorum sacrorum confusam & violentiam allegationem: sed hæc missa faciamus. Tu aut impugna hanc meam de Religionis nostræ veritate sollicitudinem, aut mecum ad vniuersalem Divini per orbem cultus contemplationem atque examen descende. B. Universalem vero, quis finis sit? A. Is, ut cum religionum omnium quotquot nobis patent, fundamenta perlegerimus, erroresque annotaverimus, eam qua omni nævō dubitationeque careat, purgatissimam; sit, scilicet Christianam, amplectamur. B. Papæ! non centum exercitatiissimi, laboriosissimique homines sufficerent. A. At mille sunt, qui quotidie Christianam fidem calamis propugnare satagunt, è quibus si centum mihi permittas, nonne operæ pretium sit, Veritatem Christianæ religionis insigni aliquo opere adstruxisse? B. Hæc somnia tua sunt, mihi Biblia sufficiunt. A. Inepte: cum Biblij honor, & suprema in religiones dictatura tum aliunde etiam consensus & robur à me queratur, tu satis habes posse aliquid ex ijs debilaterare. B. Res ultra humana est quam singis. A. Itaque P. Mornæum admirare, qui & alia admiranda est aggredius. B. Satis dubitatum in interpretando Divino verbo est, nec opus,

ut univers  
cor A. Lanib  
impune alios pe  
quidem factu  
mos fuiles.

44.

Quid front  
seria est a  
mmana. A. E  
ruminas; B  
A. Diuide  
boner tristis fi  
ur desudo, nec  
am qua vita  
civis allequa  
occurrat, nullu  
B. Faxo rem  
al me scribit ai  
radiosus, quib  
virians, nec ca  
sopore effe,  
cat. B. Imo La  
plana è arcana

Iohanni So

Hæbeis m  
voluptifice

opus, ut universa Religionis basis in dubium vocetur A. Latibula quæris, ubi securè credas, & impunè alios petas, interim genitura felix, alioquin idem facturus si Turca, Iudæus, Ethnicus natus fuisses.

## 44. ANTIQVARI.

A. **Q**uid frontem caperas, amicissime? B. Res seria est ac fortasse Diuina verius, quam humana. A. E Trophonij specu redi, & oracula ruminas? B. Aliud est, quod me tristem facit. A. Diuide id mecum, ut doleam tecum. B. Nonne tristis sim, qui tot annis latinæ eloquentiæ desudo, nec ultra plebem Romanam proficio? Nam quæ trita & vulgaria sunt, ea fortasse balbutiens assequor, at si quid sacræ Antiquitatis occurrat, nullus sum. A. Non intelligo quid velis. B. Faxo rem omnem habeas. En literas, quas ad me scribit amicorum quidam, antiquitatis studiosus, quibus nunc dies aliquot tero, semper divinans, nec admirabilis styli capax. A. Barbara oportet esse, non Latina, si intelligere non licet. B. Imo Latinissima sunt eruditis, nobis vero planè arcana. A. Sine legam.

*Iohanni Soriani micabili, radioso Guilielm. S.*

P Hœbeis modulis amicitie tuæ gaudialiter voluptifice & vitulanter sœpicule anacreon D 5 igni-